

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## R V S S I A.

**R**VSSIAE seu MOSCOVIAE regiones amplissimae sunt. Eius omnia, ciuitates, oppi- 1.  
da, arces, pagi, syluae, agri, lacus, flumina, vnius Principis, quem incolae magnum *Czar*, id  
est, Regem seu Imperatorem vocant, imperio & nutui subsunt, & quidquid singula commo-  
di ferunt, in vnius Principis fiscum congerunt. Duces ac Comites, qui dominium vtile in bo-  
nis feudalibus liberum possideant, & ad heredes eadem transmittant, nulli sunt. Addicit qui-  
dem pagos & agros nonnullis, sed rusticorum operis nihilominus vtitur, & rursus cum libet  
adimit: adeo vt absolutum in subditos omnium rerum imperium habeat, & vicissim tanquam  
Deus à subditis colatur, ei que obedientia omnibus in rebus, absque vlla reculatione praestetur.  
Gubernationis negocia & iustitiae administrationem, per duodecim Consiliarios assidue in  
aula praesentes obit. In hos, praefecturae arcium & ciuitatum in toto Mosci imperio distributae  
sunt: qui literas & libellos supplices Principi inscriptos accipiunt, eiusdemque nomine respon-  
dent. Princeps enim ipse nullas epistolas accepit, nec vllis ad subditos suos, vel alios etiam  
Principes fere literis, manu sua subscribit.

Episcopi ex monachis (quorum monasteria frequentissima in Mosci Imperio, omnia ta- 2.  
men eiusdem vestitus & ordinis, cuius D. Basilium autorem referunt) velut sanctioris vitae  
hominibus, deliguntur, & sunt in vniuerso Moscorum Imperio vndecim, quos Vladiccas illi,  
id est, oeconomos & dispensatores sua lingua nominant. Sacerdotes vero seu Presbyteros,  
Poppos & Archipoppos; Horum metropolitae (qui à Constantinopolitano Patriarcha olim  
confirmabatur, nunc à solo magno Duce delectus per duos aut tres Episcopos consecratur, ac  
cum libet Principi remouetur) Mosque 65: 40. 55: 30. residet. Quae vrbs magni Moscouiae Ducis  
Regia est. Huic metropolitae subiecti duo sunt Archiepiscopi, alter Nouogardiae magnae ad  
Lovvatam fl. 57: 0. 60: 18. alter Rostouij 66. 47. 57: 20. Reliquorum octo Episcoporum sedes  
sunt Smolenka 57: 20. 55: 26. in finibus Lituaniae, Casanum ad Volgam 80: 48: 56: 20. Tyveria  
Volgae adiacet 63: 0. 56: 57. Rezan 68: 0. 54: 40. Susdalia 68: 20. 57: 0. VVologda 68: 0. 59: 57. Co-  
lumana 66: 17. 54: 47. Cortiza 66: 40. 54: 57. ad Mosquam. Hi, dioeceses suas raro aut nunquam  
ipsi inuisunt, ne quam conspirationis cum subditis suspicionem principi praebant, sed in mo-  
nasterijs *ηγουμένων* seu praepositos, & in oppidis quibusdam laicos, vitam sacerdotum obseruan-  
tes habent. In scholis, legere duntaxat & scribere pueri docentur. Nec academiae vel collegia 3.  
in toto Mosci Imperio vlla existunt: tum vt haereson, quas eruditione praestantes fere excogi-  
tant & tuentur, occasiones praecidantur: tum ne Principe ipso sapientior & doctior quisquam  
videatur. Quem solum omnia, praesertim ad omnium gentium religiones pertinentia, scire,  
& omnes nodos & difficultates vno verbo posse expedire, subditis persuasum est.

Hæc D. Chytraeus.

Medius meridianus. 70. reliqui adhuc iuxta ra-  
tionem 50. & 60. inclinantur.

